



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Incarceratio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

252 INCARCERATIO.

do pœna arbitria extraordianaria multò mitiori , quām secundū canones deberetur : licet in tali casu Clericus accusatus habeatur pro conuicto , & pœnam canonum sustinere debeat . quæst . 21 . art . 1 . & 2 .

*De modo procedendi in correctione.*

**Q**uando debeat Prælatus sequi in Iudicio rigorem iuris, quando iustitiam , vel æquitatem . vide ad longum , quæst . 22 .

INCARCERATIO.

**D**olendum est , plerosque Iudices Regulares procliuiores esse ad capiendum & incarcerandum suos subditos , quām par sit , sine sufficienti cognitione commissi delicti , cùm hoc sit iniuria irreparabilis ; & ultra reatum quem committunt , damnum & iniuriam iniuste incarcerato compensare tenentur , nec liberi sunt à sententia canonis . Si quis suadente , ut docte notauit Narrus præsertim in leuibus , & ubi fuga non timerur . tom . 2 . quæst . 23 . art . 2 .

Pœna perpetui carceris Reguli imponi potest ob delictum , cui

in

D.  
naria  
n ca-  
casu  
pro  
i su-  
& i.  
ne.  
equi  
utan-  
le ad  
  
udi-  
esse  
lum  
suf-  
cti,  
; &  
nt,  
ar-  
nec  
Si  
4-  
bi  
3.  
u-  
ui  
in

INCARCERATIO. 253  
in seculo correspondet pœna damnationis ad metalla , aut pœna mortis , cùm incarceratio sit valde supportabilis Religioso ob flagrantem charitatem Religiosorum omnia necessaria suppeditantium , & ipsorum carcerum humanitatem.  
art.4.

Regularis negans incarcerated cibum , aut potum , ita ut inde mors sequatur , sit irregularis : nam non alere , est necare . Et idem est iudicium de illo qui immunitate carceris , vel subtractione rerum necessiarum eidem permaturam necem afferret ; nec in hac parte ignorancia excusat : est enim de eo quod debuit scire . art.5.

Licet Clericus ante & post condemnationem ad carcerem fugere possit , non tamen Regularis ob votum obedientiaz , & præceptum de non egrediendo Monasterio , nisi sententia foret iniusta ; quia tunc liberer ipsi in conscientia fugere , si abesset graue scandalum , sicut & si executio iustæ sententiaz esset iniusta ; vt si v.g. custos carceris deneget necessaria ad vitam . art.6.

Damna

254 INCARCERATIO.

Damnatio ad triremes.

Vdices Regulares possunt ex pri-  
uilegio Pij V. & aliorum summo-  
rum Pontificum , Fratres exutos  
habitu perpetuo , vel ad tempus  
ad triremes damnare. quæstione 25.  
art. 1.

Quod tamen nimium crudele est,  
& multum abhorrens à benignitate  
religiosa ; vnde Nauarr. Satis ( in-  
quit ) hoc alienum est à consuetu-  
dine D. Augustin. Benedict. Ber-  
nard. Domin. Francisci , cùm sola  
eiectione à Religione contenti fuis-  
se videantur. art. 2.

De pœnarum reis imponendarum  
qualitate.

D E qualitatibus pœnarum iniun-  
gendarum Monachis<sup>1</sup>, & Cleri-  
cis ob diuersa peccata, vide tom. 2. à  
q. 22. ad 40. inclusiue.

De improperiorum usu.

L Icet aliquando exigente neces-  
sitate Iudici proferre conuitum  
causa correctionis , modò illud non  
fuerit contumeliosum , imprope-  
rando v.g. iam punita , &c. quæst. 41.  
art. 2.

IV